



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Caput Quinquagesimum septimum. De veterano, qui gloriae Martyris  
inuiderat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

B. Swibertum viget Collegium. Claudunt hoc caput manuscripti his verbis: *Qua in vocem exultationis mox erumpens, Dei magnalia & B. Martyris merita predicare cepit, & cum multa festinatione Swelme perueniens, tribus sacerdotibus, Adolpho scilicet de Vorda. Vorda (est pagus iuxta Swelmam) Bertholpo Plebano de Swelme, atque Euerhardo socio eius, unigue Subdiacono gratiam circa se factam declarauit.*

### Caput Quinquagesimum sextum.

B *De Paralytico per visionem ab eo curato.*

**A** NNO Christi millesimo ducentesimo vicesimo quinto, qui fuit pontificatus Engelberti annus decimus, vitæ verò quadragesimus, & cædis primus, apud pagum Swelme fuit quidam paralyti admodum afflictus. Is post multas calamitates perductus est ad locum hunc, in quo sæuitum est in martyrem, atque in ipsa parasceue nocte intempesta orans, vidit beatum præfulem tanquam viuum pontificali-  
**M**onasterium S. Engelberti in Geuelsberg cæli-  
**C** & ipsi magno vestium ornatu conspicui erant, ad eundem aduentare locum, eoque pariter illum circumire, indicare spatia, in quibus construendum sit monasterium, deinde simul disparere. Eius visionis tantus fuit effectus, ut paralyticus se sentiret Beati ENGELBERTI meritis curatum.

### Notatio ad Caput Quinquagesimum sextum.

**D** **Q** Væ hoc capite referuntur, ex veteri Colonienſis Eccleſiæ uſu inchoandi annos Christi à Paſchate, biduo initium noui anni Colonienſis antecellerunt, & iuxta Romanam ſupputationem acciderunt, die 17. April. anno 1226, in quam tunc paraſceue incidebat.

### Caput Quinquagesimum ſeptimum.

*De veterano, qui gloria Martyris inuiderat.*

Ll 2

IN

Vindicta  
cœlestis in  
martyris  
calumniam  
torem,

**I**N eodem loco, vbi martyr passus est, Crux lignea erecta fuit. Venit  
autem eò veteranus quidam, & miraculis martyris obrectans, intra  
se ait: Quid est, quod video & audio? Homo iste tyrannus fuit, oppres-  
sor pupillorum & viduarum, superbus & avarus. Adeoque gloriæ eius  
invidit, vt nec Crucem illam æquis posset oculis intueri. Sed iustus  
Dominus. repente igne cœlesti guttur & humeros liuidi hominis in-  
flammauit. Mox ergò ducitur in ædes filiæ amicæ suæ, ibique per ordi-  
nem omnibus confitetur, quid de martyre cogitauerit. Consulunt a-  
mici, vt indutus cilicio, nudis pedibus (Erat autem tum hyemis ingens  
frigus) ad locum sacrum redeat, precibus & lachrymis martyrem sibi  
conciliet. Facit sic, & post triduum integrè sanatur. B

### Notatio ad Caput Quinquagesimum septimum.

**I**N manuscriptis Veterano huic nomen Winandus de Ge-  
uelsberg tribuitur. C.

§. In ædes filiæ amicæ suæ.

Manuscripti habent filiæ amitæ suæ.

### Caput Quinquagesimum octauum.

*De muliere qua indignè communicans dementata est.*

**P**œna in-  
dignè Eu-  
christiam  
percipiētis.  
**F**ŒMINA quædam in Paschate cum cæteris sacrosanctam Euchari-  
stiam percipiens, terribili Dei iudicio cœpit spumare, agitare lin-  
guam, nec tamen quicquam posse eloqui. Ante communionem sanis-  
sima fuerat: indignè accedens ad sacramentum, subito in tantum de-  
bilitata est, vt nullum membrum mouere posset. Ab ineunte enim æ-  
tate admodum dissolutè vixerat, & multis onusta peccatis, tam salutæ-  
rem medicinam prorsus imparata sumpsit. Itaque sacra corporis Chri-  
sti communio non remedium ei attulit, sed tormentum. Periculosum  
est ægro obstipato, vt medicina fortiter aluum ciente, nisi prius sumat  
quippiam, quo peccans materia digeratur. Ita ergò peccator obstina-  
tus & induratus, ne medicinam corporis Christi ad iudicium accipiat,  
peccatorum virus & noxios humores contritione & confessione prius  
dige- D